

529.

1268 d. 11 Mars.

Viterbo.

Påfv. CLEMENS IV:s stadfästelse på Biskopens i Linköping och Påfl. Legat., Bisk. WILHELMS af Sabina S:t Marie kyrka i Wisby förunte förmåner.

A. 1. d. 64. \*)

CLEMENS Episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis rectoribus parochianis Ecclesie beate virginis de Wisby lincopensis dyocesis Salutem & apostolicam benedictionem Cum a nobis petitur &c. *till* effectum Sane peticio vestra nobis exhibita continebat quod bone memorie lincopensis Episcopus loci dyocesanus vobis qui Ecclesiam fundaueratis eandem ordinaria Auctoritate concessit vt ad dictam Ecclesiam cum eam vacare contingerit possitis eidem Episcopo & successoribus suis personam ydoneam presentare Statuens vt burgenses loci ipsius de wisby apud eandem Ecclesiam possint eligere sepulturam Idem eciam Episcopus in fauorem dicte Ecclesie ac parochianorum ipsorum quedam alia statuit salubria & honesta que bone memorie Gwilhelmus sabinensis tunc mutinensis Episcopus & in illis partibus legatus sedis Apostolice confirmauit Prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri Nos itaque vestris supplicacionibus inclinati quod super hoc ab eisdem Episcopis prouide factum est ratum & firmum habentes id auctoritate Apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus Nulli ergo &c. nostre confirmacionis &c. Datum Viterbij V jdis marcij Pontificatus nostri anno quarto.

530.

1268 d. 5 Apr.

Lagman Høldos i Wermeland Gåfvobref på flere gårdar till Risaberga kloster.

A. 3. n. 4: 3. \*\*)

Uniuersis christi fidelibus presens scriptum visuris uel auditoris. Høldo Dictus legifer Wærmalandie Salutem in dei filio ihesu christo. Super gestis hominum grandis emergeret & dira calumpnia. cum illa que labili geruntur in tempore cum ipso labente de memoria pariter laberentur. nisi ea uiuax litterarum testimonium perhennaret. Qua propter tenore presentium tam posteris quam presentibus declaramus. Quod nos & dilecta vxor nostra. M. animarum nostrarum saluti prouidere uolentes monasterio san-

\*) Efter en af Notarius publicus NILS PODDYN, prest i Schwerin år 1437 gjord afskrift af detta jemte flere andra bref, hvaribland äfven det förut under N:o 231 upptagna Bisk. BENGTS i Linköping sådant det i der anmärkta noterna 1, 2, 3 efter D. a. 7: 541 förekommer, likväl med den ändring af orthographien, som ÖRNHELM alltid begagnar.

\*\*) Af detta bref finnas 2:ne vidimerade afskrifter på papper: A. 3. n. 4: 48.

ctimonialium De Risæbyerg In quo eligimus sepulturam in remissionem peccatorum nostrorum consensu pari conferimus has mansiones in perpetuum possidendas. videlicet duas curias in sumarstathum hÿorsbyerg. scanem. wal. kalfsval. hamar. Item totum quod in Arnhø possidemus. Næs lÿtheruik. Risæter. Contestamur itaque uniuersos & singulos sub suarum periculo animarum. & sub pena que testamentorum uiolatoribus debetur. Ne aliquis huic nostre tam pie donacioni ausu temerario audeat contraire. Presertim cum nos de bonis nostris in pios vsus ordinandis liberam habeamus facultatem per licenciam Illustris Regis swecie. W. quam sua testatur littera non solum ipsius domini Regis. sed eciam aliorum plurium roborata. sigillis venerabilium Dominorum. Actum Anno Domini M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.LX<sup>o</sup>.VIII<sup>o</sup>. Nonas aprilis.

På frånsidan, med gammal hand: somarstadha hÿorsbergh val kalfsval hamar arnø lithirwik rissæthir. Sigillen: N:o 1. i hvita tvinnade silkestrådar. N:o 2. saknas. N:o 3. i hvita och ljusröda silkestrådar, och i detta sigill blott bokstafven M med omskrift: Secretvm Margarete.

531.

1268 d. 9 Apr.

Arnö.

Lagman HÖLDO i Wermland och dess Fru MARGARETAS Testamente af gårdar och penningar till Risaberga kloster och åtskilliga namngifna personer.

A. 3. n. 4: 1.

Uniuersis christi fidelibus presens scriptum uisuris uel auditoris. Høldo dictus Legifer vermalandie. & Margareta uxor sua. salutem in omnium saluatore. Cum sacra dicant eloquia quod homo breui uiuat tempore & nichilominus cum temporis breuitate nesciat finem suum. Miseraque simul experientia doceamur sepius. quamplures morte inopinata subito preueniri. nulla de bonis suis ordinacione facta. Nos tam perniciosum incommodum precauere uolentes & animarum nostrarum saluti prouidere cupientes sanj & incolumes. diligentj adhibita deliberacione. de bonis nobis a deo collatis huiusmodi facimus ordinacionem. Claustro sanctimonialium de Risabierghum in quo eligimus sepulturam conferimus duodecim mansiones. quarum nomina & attinencie in littera confecta super hoc specialiter. plenius continentur. Domino Johanni damus duas mansiones in Ethe. cum omnibus prediis ibidem constitutis & attinenciis earundem. Saluonj christine filio assignamus medietatem mansionis in angastathum cum aliis prediis in scæthinj dimidiam marcham ponderatam ualentibus annuatim. Reliquam medietatem dicte mansionis damus holmgero. cum prediis que northansioar uocantur. Saluonj margarete filio conferimus mansum ualentem. XII:im oras ponderatas. Item filii uluonis Mialcha damus Mukrisbother cum omnibus que ibidem possidemus Conferimus eciam cuilibet claustro huius regnj citra mare orientale constituto quatuor Marchas argentj & cuilibet hospitali duas marchas. Omnes